

VOS ALBERTA ANTONIA
Et Dei Gratia Hungariæ Bohemiæque
Regia Princeps, Archidux Austriae,
Dux Burgundiæ et Lotharingiæ.
Agnoscimus et profitemur pro Nobis, nostrisque posteris, be-
redibus et successoribus, universisque, quorum interest, aut fu-
turis unquam temporibus interesse potest, notum testatumq;
facimus tenore presentium ad perpetuam rei Memoriam.
Postquam Serenissimus, Potentissimus, ac Invictis-
simus Princeps et Dominus Dominus Josephus
Secundus Divina favente Clementia electus Ro-
manorum Imperator semper Augustus, Germa-
niæ et Hierosolymæ Rex, Corregens et Heres
Regnum Hungariæ Bohemiæ Dalmatiæ,
Croatiae et Slavoniæ, Archidux Austriae, Dux
Burgundiæ et Lotharingiæ, Magnus Dux
Hetruriæ, Magnus Princeps Transylvaniæ,
Dux Mediolani, Mantuae Parmæ &c. Co-
mes Habsburgi, Flandriæ Tyrolis &c. &c.

amantissimus Dominus Frater Noster tanquam Corre= gens et futurum totius Augustæ Domus Caput, nec non Se= renissima et Potentissima Princeps et Domina Domina Maria Theresia Dei Gratia Romanorum Im= peratrix Vida, Regina Hungariæ Bohemiæ Dalmatiæ, Croatiæ et Slavoniæ, Archidux Au= striæ, Dux Burgundiæ, Magna Princeps Tran= sylvaniæ, Dux Mediolani, Mantuæ, Parmæ &c Comes Habsburgi, Flandriæ Tyrolis &c Lotharin= giæ et Barri Dux Magna Dux Hetruriæ &c &c. colendissima et prædilectissima Domina Genitrix Nostra pro tenerrima in Nós cura sua et affectu, ad amicam sere= nissimi ac Potentissimi Principis Domini Ludovici XV. Fran= ciæ et Navarræ Regis petitionem precedente Serenissimi Ejus Népotis voluntate liberoque consensu, et obtenta, quantum con= sanguinitatis Vinculum inter Nós Serenissimumque Spon= sum Nostrum attinet, prævia Dispensatione S^{ti} Patris Domi= ni Clementis XIV. Romanae atque universalis Ecclesiæ Ponti= ficis, Nós Eadem Serenissimo Principi Ludovico Augusto Del= phino Franciæ in sponsam ac futuram Conjugem ad promiserunt.

Porro in Tractatu desuper habito inter cetera id Articulo Sexto actum, disertisque verbis cautum, prouisumque fuit, ut Nos omnibus et singulis bonis mobilibus et immobilibus, juribus, actionibus et rationibus quibuscumque tam relictis in hereditate et successione gloriosissimæ Memoriæ divi Patris Nostri Francisci I. quam relinquentis in hereditate materna et successione in universa Regna, Provincias et ditiones a Sua Majestate Cæsarea Regia Apostolica nunc feliciter regnante possessas, vel jure qualicunque possidendas, juxta stabilitas, successionis primogenitalis et linealis in utraque Domo Austriaca et Lotharingica jam dudum radicatae, regulas in favorem et commodum reliquorum Nossexu vel ætate præcedentium divi Parentis Nostri, et suæ Cæsareæ Regiæ Apostolicæ Majestatis colendissimæ ac dilectissimæ Genitricis Nostre heredum, eorumque legitimum descendentium tam masculini quam feminini sexus in infinitum renuntiemus, cedamus et Nos abdicemus.

Idcirco ordinationibus, institutis ac dispositionibus serenisimæ Domus Lotharingicæ inhærentes et succedendi ordinii in Augusta Domo Austriaca tum gloriosæ memoriæ

Imperatorum Ferdinandi II. et Leopoldi Providentia il-
lustrato et extenso, tum vero in primis sub divo quondam Do-
mino. Avo Nostro Carolo VI. die 19^o Aprilis Anni 1713 in vim legis
sanctionisque Pragmaticæ perpetuo valitutæ corroborato Nos
conformantes, ac de re, de qua agitur, rite pleneque edoctæ, de Con-
silio, voluntate et assensu prædicti Serenissimi Francie Del-
phini dilectissimi sponsi Nostri, annuente quoque et consen-
tiente Rege Christianissimo, prout tam ex prædicto Pactorum
dotalium Articulo Sexto, quam ex instrumentis accep-
tationis et adhæsionis, Eorundem nomine emanandis ubi-
rius constat, ex certa Nostra scientia animoque bene delibera-
to omnibus prætensionibus, actionibus et rationibus, quæ Nobis
sive jure Sanguinis et Nativitatis, sive usu et observantia olim in Serenissima Domo Austriaca vel Lotharingica usita-
ta, sive alio quocunque demum prætextu, nomine ac titulo in-
jura et bona quæcunque mobilia et immobilia, universamq;
hereditatem et successionem paternam jam relictam, maternam
item relinquendam, et Regna, Principatus, Provincias, ac Di-
tiones a Sua Cesarea Regia Apostolica Majestate veneratis-
sima Genitrice Nostra in præsens possessas aut jure quocunq;

possidendas, competunt, aut competere possent, sponte, lib-
erima voluntate, nulla vi aut coactione, callidare persuasio-
ne aut metu etiam reverentiali inducta pro Nobis Nostrisque
Posteris, omnibus heredibus tam masculini quam fæminini
Sexus renuntiarimus et Nos abdicarimus, prout usdem vigo-
re presentium de consensu, uti supra, in optima et amplissi-
ma juris forma, animoque deliberato et spontaneo cedimus, re-
nuntiamus et Nos abdicamus: idque in favorem, commodum et
prælationem omnium divi Genitoris Nostri, nec non sacratissi-
mæ suæ Majestatis Cæsareæ Regiæ Apostolicæ Nos sive Sexu sive
ætate præcedentium heredum, eorumque ex legitimo thoropio
creatae et non legitimatæ posteritatis utriusque Sexus, adeo ut
quamdiu ex his proles aliqua sive masculina sive fæminina
quocunque demum, etiam remotissimo gradu supervixerit,
neque Nos, neque filii, posteri et heredes Nostri neque quisquam
alius eorum nomine ullum unquam nec minimum jus in-
dictas hereditates et successiones prætendere velimus, possimus
ac debeamus: declarantes ac serio profitentes, quod Nos præliba-
tum in utraque Serenissima domo Austriaca et Lotharingi-
ca receptum, avitaque providentia stabilitum Primogenituræ

jus, nec non præscriptum cum maribus tum fæminis succendi ordinem linealem, ceu normam legemque fundamentalem pro Nobis, Nostrisque Posteris et heredibus utriusque sexus respicere, tenere, observare, eique firmiter inhaerere, nec ut contra ejusdem tenorem et dispositionem a Nobis vel ab heredibus et posteris nostris cujuscunque sexus sint, aut a quovis alio Nostro aut illorum nomine, quibuscunque demum de causis, quas omnes et singulas irritas, vanas, invalidas et injustas pronuntiamus, agatur; committere unquam aut pati velimus: atque adeo ea dote, quæ Nobis in ipso Matrimonii Contractu assignata est, cæterisq; apparatibus et ornamentis, quibus statui Nostro dignitatique convenienter colocabimur; contentas nos pleneque pro omnibus juribus et actionibus ac prætensionibus, cuiuscunque nominis sint, quæque Nobis ex qualicunque demum causa uti supra, comprehendere possent, satisfactum Nobis esse profitemur.

Quod si vero, quod Deus avertat, omnes supradicti Nossive se-
xu, sive Nativitate præcedentes divi Parentis Nostri et Suæ Ma-
jestatis Casareæ Regiæ Apostolicæ heredes, una cum omni Eo-
rum legitima posteritate pariter masculina et fæminina ex-
tingui, ac prorsus deficere unquam accideret, in eum casum,

qui Nobis ad capessendam paternam maternamque here-
ditatem vel ex ipso primogenituræ instituto jus omne indu-
bit tribueret, Nobis Nostrisque Posteris et descendantibus ma-
ribus vel fæminis jus omne, omnesque actiones in omnia et sin-
gula bona mobilia et immobilia, universamque hereditatem
et successionem paternam jam relictam, maternam item re-
linquendam, et dicta Regna, Principatus, ditiones ac Provin-
cias vel jure dominii, hypothecæ, vel alio quocunque compe-
tentis vigore presentium scilicet ac plenissime per
expressum reservamus, disertim et quo fieri potest meliori mo-
do, praecaventes, ne in eum casum facta a Nobis renuntiatio Nobis
aut descendantibus Nostris utriusque sexus ulli vel minimo præju-
dicio sit, sed potius pro non facta et plane non emissa habeatur.
Quam ipsam tamen reservationem nostram de iisduntaxat
heredibus et posteris Nostris masculis seu fæminis intellectam
volumus, qui vel quæ Catholicam Apostolicam Romanam re-
ligionem eveniente casu profitebuntur, cum omnes illi, qui
vel quæ alii, quam catholicæ apostolicæ Romanæ religioni
addicti vel addictæ fuerint, ab omni succendi iure ex nunc et
in perpetuum pro exclusis et inhabilibus habendi vel habendæ.

sint, prouti Eos esse pro perpetuo exclusis et inhabilibus hisce habemus ac declaramus.

Excipimus porro ab hac Renuntiatione Nostra etiam in casum superstitionis saepfatorum Nos sive Sexu sive aetate precedentium divi Genitoris Nostri et Suæ Cæsareæ Regiæ Apostolicæ Majestatis heredum, eorumque posteritatis omnes illas hereditates, quæ Nobis aliunde forsitan, quam ex Serenissima Domo Austriacâ vel Lotharingica obtингere, aut possessionem prædictarum Provinciarum ditione, numque unius alteriusve Domus afficere nequaquam possunt.

Quo autem huic Nostre Renuntiationi vis major firmiusq; robur accedit, hanc ipsam renuntiationem pro Nobis Nostrisque Posteris, heredibus et successoribus eo, quo supradictum est, fine et non aliter emissam coram Deo, Ejusque Curia Cœlesti jureto confirmamus, sacrosante pollicentes, Noscæ, quæ in hocce Renuntiationis Instrumento, ejusque Articulis, punctis et clausulis continentur, sincere, fideliter et accurate observaturas, ne que illis ulla ratione via aut modo sive directe sive indirecte contraventuras, neque etiam permissuras esse, ut iis a quocunque alio sub quocunque demum colore, ullo unquam tempore contraveniatur.

Nos Maria Antonia Dei Gratia Hungariæ Bohemiæ
que Regia Princeps Archidux Austriæ. Vovemus ac juramus
Deo Omnipotenti pro Nobis omnibusque Nostris heredibus, suc-
cessoribus et Posteris, quod hocce Renuntiationis et respective
adhesionis Instrumentum Nobis jam prelectum et a Nobis
propria manu subscriptum in omnibus punctis, Articulis,
et clausulis fideliter observare debeamus et velimus. Ita Nos
Deus adjuvet, sine macula concepta bene-
dicta Mater Dei Maria et omnes Sancti.

A quo ad Deum omnipotentem sic deposito gravissimo jura-
mento in vinculum verbi et honoris Nostrí promittimus, quod ab
solutionem a summo Pontifice sive a quocunque alio sub quali-
cunque praetextu nec petitur a Ipso, nec etiam ulro oblatam un-
quam simus accepturæ, neque ad hoc prædesse aut suffragari
Nobis unquam passit aut debeat ulla argutia seu restrictio men-
talis, sed et neque exceptiones ultra juris vel facti, eæ in specie quæ desu-
mi possent ex capite Renuntiationis aut juramenti invalidi, lœ-
sionis ultra dimidium, metus reverentialis, Coactionis vel doli, rei
aliter gestæ quam scriptæ, ignorantiae, observantiæ antiquæ, Le-
gum vel consuetudinum Regnum et Provinciarum postremo.

nec illa beneficia sexui fæminino a legibus civilibus vel canonicas alias indulta, de quibus utpote peculiariter distinctim, pleneq; instructæ extimus. Quibus ad eorum omnibus et singulis, aliisque ejusmodi oppositionibus et exceptionibus ex certa Nostra scientia animoque deliberato ultro jurato renuntiavimus, et nunc si emissi juramenti denuo quam solennissime renuntiamus.

In cuius rei fidem et perpetuam memoriam hocce Renuntiationis, Cessionis et Reservationis Instrumentum a Nobis propria Manu subscriptum et Nostro Sigillo munitum atque firmatum fuit. Vienæ die 17^a Mensis Aprilis Anno Salutis 1770.



Antonia

Presentes et Testes præter Christianissimi Regis Oratorem Illustrissimum et Excellentissimum Dominum Emericum Josephum de Durfort Marchionem a Lirrac, fuerunt ad hunc actum vocati, Celsissimi et respective Illustrissimi ac Excel- lentissimi Domini Domini

Principes à Kevenhüller sup: Aulae Praj: ab Auersperg.

Principes à Colleredo.

à Trautson.
à Pottman.
à Kaunitz.
Ema: à Liechtenstein
à Schwarzenberg.
à Starhemberg.
à Paar.
à Clari
à Kinsky.
Franc. à Liechtenstein
Adam ab Auersperg.
ab Esterhazy.
à Sulkowsky.

Comites à Weissenwolff.

à Tarroca.
Ferd. ab Harrach
à Breuner.
à Sternberg.
à Neipperg.

Comites Rud: à Choteck.

Ioan. à Choteck.
à Linden.
Ioan: Caro: à Dietrichstein.
à Losy.
à Blumegen.
Mich: Ioan: ab Althann.
ab Hatzfeld.
Franc: ab Esterhazy.
à Jinzen dorff.
à Lacy.
à Trautmanstorff.
à Pergen
Caro: à Schaffgotsch.
Ant: à Colleredo.
à Schrattenbach.
Camil: à Colleredo
Raltha: à Wildscheck.
Nico: à Palffy.
Sigefri: à Herberstein).

Comites à Caraffa.

à Collonitsch.

Léop. Mar. à Dietrichstein.

à St Julien.

ab Eichbüchel.

à Perlas.

à Plettenberg.

Eman: à Starhemberg.

Franc. Wen. à Sinzendorff.

à Schönborn.

Casi. ab Hartig

à Saurau.

à Fekete.

à Sporck.

Caro: ab Herberstein Epis:

à Cavriani.

à Traun.

à Gœs.

Christo. à Cavriani.

Prælatus Salem:

Comites à Lichnowsky.

à Schlick.

Caro: a Colloredo.

ab Heister.

Adam a Sternberg.

à Kollowrath.

à Waldstein.

Fran: Ant. à Lamberg).

à Schaffgotsch.

à Callenberg.

à Wrbna.

ab Apponi.

Christo: ab Erdödy.

ab Attens.

à Kevenhüller.

ab Herberstein.

Joan à Torgacz.

à Gianini.

Pet: à Marzin.

Prælatus Brukensis.

Barones ab Hagen.

ab Erthal.

à Burghausen.

à Koller.

à Heber.

Barones à Moser.

à Penckler

à Grechtler.

à Kressl.

à Ballassa.

Præfata Renuntiationem coram Casareis et Regia Apostolica
Majestatibus a Serenissima Principe Domina Maria Antonia
Hungariæ Bohemiæque Regia Principe Archiduce Austriae,
Duce Burgundiæ et Lotharingiæ, hodierna die, quæ est decima
septima Mensis Aprilis Anno Domini millesimo Septingente
simo septuagesimo in Atrio majori Cesareo Regii Palatii
emissam propria manu subscriptam et tactis S. S. Evangelii
solenni Juramento confirmatam fuisse attestor, propria ma
nus subscriptione et sigilli mei impressione Viennæ Austriae
die, mense, Anno supramemoratis.



Ego Henricus gabriel L.B.
à Pöllnbach h[ab]e[re]tia Cesareo
Regius Consiliarius aulicus
et Officialis status quo ad
hunc actum Authoritate
Cesarea reatus Notarius
publicus.